

*Vto in prae-
fecturas fo-
restales.*

Progredior inde ad ultimam descriptionem in districtus sive praefecturas forestales, quarum duplex ratio est, cameralium scilicet, et ecclesiasticarum. Unicuique ipsarum districtus quidam particulares, *Huten*, cum saltuariis, *Förstern*, designati sunt.

Cameralium praefectararum, *Ober-Forst-Ämter*, sunt sequentes: 1) Altensteigensis cum novem saltibus; 2) Blavifontana cum tribus saltibus; 3) Boeblingensis (cui unita est praefectura quondam forestalis Stuttgardiana) cum novem saltibus; 4) Freudensta-diensis cum octo; 5) Heidenhemienensis cum 17. saltibus; 6) Kirchhemienensis cum 19. saltibus; 7) Leomontana cum octo saltibus; 8) Neapolitana, *Neuenstädter*, cum octo; 9) Neuenbürgensis cum octo; 10) Reichenbergensis cum duodecim; 11) Schorndorfensis sive Engelbergensis cum tredecim; 13) Strombergensis cum quatuordecim; 13) Tubingensis cum viginti; 14) Uracensis cum totidem saltibus; denique 15) recens instituta Ludovicopolitana cum duobus saltibus.

Praefectararum Ecclesiasticarum, *Forst-Verwaltungen*, sunt tres: 1) Adelbergensis cum sex saltibus; 2) Hirsaugiensis cum quatuor; 3) Laureacensis cum unico saltu.

Conf. b. fil. Orat. inaug. de Partit. Duc.
Tub. 1774.

CAPUT